



Occasionalia W-179.  
potissimum carmina  
vol. I. fasc. 19. ~~179.~~

Centuria annulariorum singulorum.

Urg. W-179.



Fons hanc hunc rursum fore  
Sole manet <sup>ETTEKNIAN</sup> <sup>parte</sup>  
Maximam Felicitatis humanae esse partem,  
<sup>Cum</sup>

### Magni Viri

Prænobilissimi, Consultissimi, nec non Amplissimi  
**HIERONYMI GOTTERIDI**  
**BEHRISCHII**

Syndici apud Dresdenses longè Gravissimi

Ad Magna natus Filius

Vir Clarissimus atqve Praeclare-Doctus

**GABRIEL GOTTLÖB**  
**BEHRISCH**

*S. S. Theol. Stud.*

Summos

In Philosophiâ Honores

dudum promeritos

In illustri ad Albim Academiâ

Die XXX. Aprilis MDCCXXIII.

conseveretur,

Gratulabundus demonstrat

*Observantissimus Behrischiae Domus Cultor*

M. Gottfridus Immanuel Lucius, Dresd.

---

DRESDÆ, Literis HARPETERIANIS.



T sint felices, & ab omni parte  
beati,  
Sudat in hoc hominum no-  
ste dieque labor.  
Dic mihi, cur tantò qvaerantur amore fugaces  
Et tam sollicitè cur sitiantur opes?  
Dic, cur extremos procul hinc curratur ad Indos;  
Saxa nec, undisonæ nec timeantur aquæ?  
Scilicet infixa est multis sententia Croesi,  
Qui multo summum ponit in ære bonum.  
Conferit hic platanos: disponit is ordine pinus;  
Areolas hortis dividit iste suas  
Ille racemiferas plantat sua gaudia vites  
Thyrsigeri exspectans munera grata Dei.  
Plena laboratis emit alter scrinia libris;  
Hunc juvat excelsas ædificasse domos  
Singula quid referam? per qvod quis nomen  
habere  
Sperat Felicis; strenuus illud agit.  
Judice me, felix, qvo non felicior alter  
Est is, cui proles, progeniesqve bona est.  
Nobilis hinc verè dixit Cornelia qvondam,  
Producens Natos progeniemqve tori:  
Hæc sunt ornamenta meæ carissima vitæ:  
Omnibus hæc mundi præfero sola bonis!  
Sic est: namqve domos hortosqve & cuncta re-  
linques  
Cum te sub leges mors vocat atra suas:

Forfitan hæc olim rursus fore reddit, credis?  
Falleris heu! nimium credulitate tuâ  
Sola manet Soboles iterum speranda videri  
Inter Seraphici gaudia mille chori;  
Numine qvam coram possis his sistere verbis.  
Hic ego sum, pariter progeniesqve mea. Jef. 8, 18.  
Inunc, & monstra mihi, qvis felicior illo  
Sit, bona cui proles progeniesqve data est?  
Sic TU non dubios inter memorande Patronos  
Behrisch, qvem Dresdâ cunctus in Urbe colit:  
Sic TU, qvis dubitet? Felix Faustusq; vocandus,  
Et fortunatis annumerandus eris.  
Namq; Deus fecit TE pulcrum prole Parentem:  
Est TIBI progenies digna Parente Suo.  
Natos Dresda duos; reliqvos tenet altera tellus  
Qvi certant Magno ritè placere Patri  
Est locus ad ripas Albis, Vitebergica Tempe,  
Hospitium doctæ Pallados iste cluet  
Hæc unus celebri Natorum Sede moratur  
Quem fovet ipsa suò docta Minerva sinu  
Abs hòc vel solò perrarum, Syndice Magne,  
Felicitas poteras nomen habere Patris  
Felix illa dies, alboqve notanda lapillo,  
Qvæ nobis istum noscere prima dedit!  
Si mihi qvid credis, Fautorum Maxime, dixi:  
Est dignus Tantò Filius iste Patre!  
Fallere nam doctis didicit Sermonibus horas,  
Ut colat; has animi qvi benè novit opes.

Accedunt Veneres morum, qvibus allicit omnes;  
Attica ut in Sylvas tempore veris avis.  
Ominor hinc, ipsum Magni Patris fore Magnam  
Progeniem, generis grande decusqve Sui  
Ominor, & tempus jam non procul augurore esse.  
Fallor? an hicce dies omina vera facit.  
Nam Viteberga Tuum circumdat Daphnide Na-  
tum  
Atqve Magistrali mactat honore caput,  
Gratulor inde TIBI, Felici prole Parenti:  
Sic faveat porrò, qvem colis usqve, Deus!  
Qvot vernò veniunt è terrà tempore flores;  
Gaudia tot porrò, Syndice Magne, precor!  
Ast etiam Nato nunc applausisse decebit,  
Latitiamqve animi significasse mei.  
Accipe promeritos, Musarum Cultor, honores,  
Accipe jam studiis digna brabea Tuis:  
Accipe conspicuum nomen titulumq; Magistri,  
Qvem meruit Virtus, qvem meruitqve labor.  
Lætor, & ut tempus veniat majoris honoris  
Omine felici, svavis Amice, precor.



ULB Halle  
004 527 771

3



TA → 06  
nur 11, 27, 28 verknüpft

VO 18  
VIDT





ETTEKNIAN

Maximam Felicitatis humanae esse partem,

Cum

**Magni Viri**

Prænobilissimi, Consultissimi, nec non Amplissimi

**HIERONYMI GOTTFRIDI  
BEHRISCHII**

Syndici apud Dresdenses lor

Ad Magna natus Fili  
Vir Clarissimus atque Præcl**GABRIEL GO  
BEHRISC***S. S. Theol. Stud.*

Summos

In Philosophiâ Hono  
dudum promeritos

In illustri ad Albim Aca

Die XXX. Aprilis MDCCX

consequeretur.

Gratulabundus demonstrat

*Observantissimus Behrischiae L*

M. Gottfridus Immanuel Luc

DRESDÆ, Literis HARPETE

